

JOHANNES HERVAGIVS

Lectori s. De TAMENTO



VONIAM inhumanum est repugnare haud ita diffi-  
cilia rogantibus amicis, non licuit amplius editionem la-  
tinam huius autoris in aliud tempus proferre, quod eo à  
lacrius sumus persecuti, ne aditū ad omnes disciplinas (q  
Plato testatur fieri neglecta Geometria, latine tantū eru-  
ditis præcludere uelle videamur. Collatū est itaque ex-  
emplar Iacobi Fabri Stapulensis ductu Parisijs ante aliquot annos excusum,  
ad fidem Græci exemplaris à doctiss. viro Christanno Herlino Mathema-  
ticarum disciplinarum publico apud Argentinenses professore, cui acceptū  
feras quicquid hic aut ad Græcum exemplar aut alioqui docte restitutū ui-  
deris. Adiecum Phænomena, Specularia, Protheoriā Marini, & Data,  
argumētorum similitudine inducti: cumq; eo ipso tēpore, quo opus  
absolueretur, libellum, siue potius fragmentum (nam uidetur  
esse mutilus) mihi afferret quidam de Leui & Ponderoso,  
eum etiam addidimus, ut si quid hinc possit esse emo-  
lumenti boni consulas, sin minus, ne mea fide  
in studiosos desiderata, tuo commodo ali-  
cubi videar non studuisse.

Vale.